

3097

LITURGICI.

3098

mum hunc sequitur series *Hymnorum XXVIII.* pro praecipuis per annum festis diebus, quorum tamen quidam jam locum non obtinent. Primus est: *In aduentu domini ymnpus Conditor (Creator) alme siderum eterna lux. Dabo ini-*

tium: Schepher beiliger der gestiern ewiges liecht der gelaubigen cristi erlediger aller erbör die gepet der pittunden &c. Initium Hymni de sancto michabele *Christe sanctorum decus angelorum.* paene metrum Sapphicum adsecutum est:

*Christe der heiligen vnd auch Zier der engeln
Weiser menschleiches geschlechtes vnd merer
Gib vns guetiger daz wir in das ewig
Himmelreich steigen. &c.*

Ultimus est *ad Completorium Te lucis ante.* et incipit: *Dich vor dem end des liechtes scheppher aller ding pitt wir vast mit der gewonleichen miltigkait seist vnser pischolff (Praeful) zu der buet &c.* Versio, ut jam innui, *Seculum XV.* superare videtur.

progreditur. Atque hic *Johannes ante Portam latinam* Germano nostro *Johannes* est vor der guldein porten. Ad calcem: *Sey vns got gnädig Amen. N. S. Anno LIIII.*¹⁰

DCCCLXIII.

DCCCLXII.

514 Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. 361. 4. probe scriptus et rubricis pernotatus continet Psalmodiam sacram sive *Breviarium* vernacule redditum. In *Calendario* praevio Circumcisio dicitur *die Vmbfneydung christi, Adsumtio B. V. die schydung Marie.* Praeter Festa majora miniatum sunt: *Veyt modest vnd crescencia. Vreich pyschoff. Margret Junkfraw. Augustin pyschoff. Egidij peychtiger vnd abt. Cholman martrer.* Post officium de Tempore et Commune Sanctorum fol. 292. p. 2. incipit Proprium Sanctorum, quod tamen a Festo *D. Barbarae* non ultra *Majum* mensis *Denis Codd. Theol. V. I. P. III.*

Codex chartaceus lat. Sec. 657 XVI. Folior. 16. 4. continet Officium Dominicae Paschatis sive Resurrectionis, prout a Sacerdotibus ad Matutinum et Laudes recitari consuevit. Inscribitur: *Dominica Resurrectionis ad Matutinum.*

DCCCLXIV.

Codex membraneus lat. Sec. 11 XV. Folior. 24. f. max. eleganter scriptus et literis initialibus pictis decoratus hac rubrica: *Historia gloriosissimi Stanislai cantu permixta pro matutino. ceterisque horis. cum officio utroque (scilicet paschali et per reliquum annum) Misse. ob veneracionem eiusdem san-*

Pp

san-

3099

C O D I C E S

3100

*sancti. patris polonorum solenni-
ter peragenda. Historia rhyth-*

*mis et modulis musicis inclusa sic
orditur:*

*Dies adest celebris
Ad lucem de tenebris
Consurge polonia.*

*Preciosi martiris
Glebam fovens corporis
Letare Cracovia &c.*

Ad calcem sequuntur *Orationes matutinum ceterasque horas concludentes* numero tres, quibus accedit eadem manu: *Thomas subscriptit. Thomam hunc Praefulem Cracoviensem Thomam Strzapinskium, 1460. vivis ereptum, virum, Dlugoffio teste Hist. Polon. L. XIII. Lips. 1712. T. II. col. 261. magnae devotionis et religionis, fuisse coniectamus, cujus auctoritate Cantus hic ecclesiasticus publicatus fuerit; Codicem vero nostrum, qui Bollandianis ad diem VII. Maji non innotuerat, Sigismundi, aut Sigism. Augusti Regg. Poloniae aevo Vindobonam demigrasse.*

de hoc praesenti *Codice*, qua solet, ubertate jam egit *Lambecius* L. II. p. 886. edit. *Kollar. col. 784. et Analect. T. I. p. 899. Bollandiani* item in *AB. SS. T. I. Junii* a p. 339. et *Append. p. 10.* ne actum agamus, id modo addimus, *Paulum Stockeraviensem* Canonicum *D. Stephani*, gesto a. 1481. *Rectoris Univerfit. Vienn.* munere, *Dono suo* non nisi *biennio* superfuisset.

DCCCLXVI.

DCCCLXV.

727 Codex membranaceus lat. Sec. XV. Folior. 44. 4. luculente exaratus, coloribus auroque fulgidus, et anno 1482. a *Paulo de Stockeraw* Theol. Doct. oblatus *Fridrico III. Imp.* continet *Officium ecclesiasticum de S. Morando Chuniacensi Monacho*, qui Sec. XII. initio vixit, cum ejus Vita in VI. *Lectiones* tributa, praemisilloque *Epitaphio* dialogico inter *S. Bernardum* et *S. Morandum*, cujus exemplum jam *Cod. DXC.* produximus, et quidem multo correctius. Quoniam vero

Codex membranaceus lat. Sec. 56 XV. utrinque mutilus Folior. nunc 42. f. caractere crasso et fat rudi incipit ab *Officio Defunctorum* cantu choralis permixto. Hoc *Officium* excipit *Sacrum solenne de Corpore Christi* totum modulis musicis inclusum, et *Exequie mortuorum que fiunt finita missa ad sepeliendum funus.* His subscriptum legitur: *Iste libellus est comparatus pro fraternitate clericorum in districtu ybs (Usbium, Pons Isidis, Austriae infer. Urbecula) sub anno domini ihesu M.^{mo} CCCC.^{mo} LVI.^{mo} Fraternitates ejusmodi, ducto ab Ordinibus religiosi exemplo, etiam inter Clericos seculares coivisse varia prioris aevi monumenta testantur. Reliquum Codicis Moduli musici*
An-